

Fédération Internationale des Instituts d'Études Médiévales
TEXTES ET ÉTUDES DU MOYEN ÂGE, 74

Dictionarium Latinum
Andrologiae, Gynecologiae
et Embryologiae

ab Antiquitate usque ad XVI saeculum

(DILAGE)

Diccionario Latino
de Andrología, Ginecología
y Embriología

desde la Antigüedad al siglo XVI

(DILAGE)



FÉDÉRATION INTERNATIONALE DES INSTITUTS D'ÉTUDES MÉDIÉVALES

Présidents honoraires :

L.E. BOYLE (†) (Biblioteca Apostolica Vaticana et Commissio Leonina, 1987-1999)

L. HOLTZ (Institut de Recherche et d'Histoire des Textes, Paris, 1999-)

Président :

J. HAMESSE (Université Catholique de Louvain, Louvain-la-Neuve)

Vice-Président :

G. DINKOVA BRUUN (Pontifical Institute of Mediaeval Studies, Toronto)

Membres du Comité :

A. BAUMGARTEN (Universitatea Babeş-Bolyai, Cluj-Napoca)

P. CAÑIZARES FERRIZ (Universidad Complutense de Madrid)

M. HOENEN (Universität Basel)

M.J. MUÑOZ JIMÉNEZ (Universidad Complutense de Madrid)

R.H. PICH (Pontificia Universidade Católica do Rio Grande do Sul, Porto Alegre)

C. VIRCILLO-FRANKLIN (Columbia University, New York)

Secrétaire :

M. PAVÓN RAMÍREZ (Centro Superior Español de Estudios Histórico-Eclesiásticos, Roma)

Éditeur responsable :

A. GÓMEZ RABAL (Institución Milá y Fontanals, CSIC, Barcelona)

Coordinateur du Diplôme Européen d'Études Médiévales :

G. SPINOSA (Università degli Studi di Cassino)

Fédération Internationale des Instituts d'Études Médiévales
TEXTES ET ÉTUDES DU MOYEN ÂGE, 74

Dictionarium Latinum
Andrologiae, Gynecologiae
et Embryologiae

ab Antiquitate usque ad XVI saeculum

(DILAGE)

Diccionario Latino
de Andrología, Ginecología
y Embriología

desde la Antigüedad al siglo XVI

(DILAGE)

Barcelona - Roma
2018

ISBN: 978-2-503-58163-7

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, stored in a retrieval system or transmitted, in any form or by any means, electronic, mechanical, photocopying, recording or otherwise, without the prior permission of the publisher.

© 2018 Fédération Internationale des Instituts d'Études Médiévales.
Largo Giorgio Manganelli, 3
00142 Roma (Italia).

OPERIS PARTICIPES

MODERATOR

Henricus Montero Cartelle

TOTIUS OPERIS CORRECTOR

Michael Angelus González Manjarrés

SCRIPTORES

A.G. = Albertus Alonso Guardo
B.N. = Iosephus Paulus Barragán Nieto
B.P. = Iosephus Ignatius Blanco Pérez
C.P. = Petrus Conde Parrado
F.G. = Virginia de Frutos González
F.T. = Maria Carminis Fernández Tijero
G.G. = Alexander García González
G.M. = Michael Angelus González Manjarrés
H.I. = Maria Crux Herrero Ingelmo
M.C. = Henricus Montero Cartelle
M.F. = Anna Elisabeth Martín Ferreira
P.B. = Ioachimus Pascual Barea
P.I. = Maria Iesus Pérez Ibáñez
R.C. = Christina de la Rosa Cubo
R.M. = Victoria Recio Muñoz
R.V. = Anasthasius Rojo Vega (†)
S.E. = Sara Segovia Esteban
S.H. = Maria Theresia Santamaría Hernández
V.B. = Conceptio Vázquez de Benito

CONSILIARII

De lingua Arabica: Conceptio Vázquez de Benito
De lingua Graeca: Maria Crux Herrero Ingelmo
De medicina: Anasthasius Rojo Vega (†)

Praefationem Latine reddidit Ioachimus Pascual Barea

Operis edendi *Mittellateinisches Wörterbuch (MLW)* rectoribus mirificas gratias agimus, quod Monachii olim huius operis moderatorem acceperunt, ut studii lexicographicis initiaretur; praeterea, cum veniam nobis dederint ut chartulas suas nondum editas inspiceremus, plurima dubia solvere potuimus. Etiam Parisiensis *Institut de Recherche et d'Histoire des Textes (CNRS)* rectoribus magnas gratias agere optamus, quod nobis benigne itidem acceptis tabularium suum inspiciendi facultatem dederunt. Postremo habenda gratia est profestrici Monicae H. Green, quae recognito auctorum corpore multa et pretiosa adnotavit.

PRAEFATIO

GENERALES OPERIS PROPRIETATES

Hoc *Dictionarium Latinum Andrologiae, Gynecologiae et Embryologiae* (DILAGE) glossarium est singulare, cum eis artibus multa per saecula cultis operam navaverit, quibus cetera glossaria curam praebuerant minimam. Etsi materiam sane finitam complectitur, ad totam corporis humani fabricam describendam nobis necesse fuit disciplinis anatomicae, physiologicae, pathologicae et therapeuticae antiquo, mediaevali et recentiore tempore cultis summe studere easdemque plane cognoscere; quasdam tamen philosophicas theologicasque quaestiones —quales verbi gratia ad embryologiam pertinent— interpretari interdum arduum fuit. Aliae difficultates ab huius operis conscriptoribus quantum ipsi potuerunt aperiendae pertinent ad certas humani corporis partes quae in scriptis inter se non distinguuntur; ad inopiam verborum cuiusque rei priorum, quae quamque rem definite designant; ad singularem veterum doctrinam de physiologica agendi ratione; ad vocabula quae praeter morbum aliam rem significant; ad quasdam medendi vias quae aegre recognoscuntur.

Nec enim ignoramus dubia et obscura permanere, atque quaedam propter operae susceptae difficultatem et gravitatem a nobis fortasse non recte interpretata esse. Quoquo modo res se habeat, contenti erimus, si nostrum opus extemplo usui foret eis qui libros de hac re Latine exaratos legant atque ad argumenta hic tractata animum attendant. Utinam etiam ea difficiliora, quae imperfecta manserunt, ab aliis studiosis emendantur!

Ut lector hoc glossarium sive dictionarium melius cognoscat legat existimet, praecipuae eius proprietates nunc exponuntur:

1. In DILAGE ex medicinalibus Andrologiae, Gynecologiae et Embryologiae operibus, aetate antiqua, mediaevale et recentiore conscriptis, collecta sunt vocabula Latina ad disciplinas anatomicam, physiologicam et pathologicam pertinentia, quae in vulgatis dictionariis Latinis vix inveniuntur. Etsi vocabula ad therapeuticam disciplinam attinentia continentur nonnulla, ipsa materia medica exclusa est, cum propter suas implicationes et singularitates propria methodo et ratione tractanda atque aliis in operibus iure iam tractata sit. Nec verba quaedam, ut ita dicamus, nimis vulgaria et inde harum artium haud propria accepimus, sicut *signum, causa, morior, vita* et similia. Nonnulla nihilominus recipiuntur, quae saepe in gynecologicis andrologicisque scriptis usurpantur, qualia sunt ea ad suffumigationem therapeuticam pertinentia atque adposita permulta (*parvus, aptus, multus* et alia), quorum sensus ad ipsam huius operis materiam spectantes tantum considerantur. Quod accidit etiam eis verbis plures res significantibus, quae ad morbum (sicut *malum, aegritudo, affectus* et cetera), ad physiologiam (ut *virtus, facultas, vis* et reliqua), aut ad humores spectare possunt. Plura alia verba dubia, quae nullius artis propria sunt, huic lexico adgregata sunt. Postremo eis verbis Graecis, quae apud auctores nostros litteris Latinis non sunt exarata, lemmata propria non assignavimus.

2. Hoc volumen ad ea medicinae opera spectat quae inde ab Antiquitate (saec. I p. Ch. n.) usque ad tempora renatarum litterarum (saec. XVII ineunte) Latine conscripta sunt, exclusa medicina nova iam inde ab eo tempore culta (scilicet Paracelsi, Van Helmont, Harvey aliorumque doctorum opera). Auctores eorumque scripta ei saeculo —plerumque incerto ac ancipite— adscripsimus, quod vel ex traditis opinionibus vel ex codicum manuscryptorum editionumque aetatibus atque ex aliis ipsorum operum indiciis consideratis, nostra quidem sententia veri simile existimavimus. Antiquorum scriptorum Graecorum loci ex versionibus Latinis adferuntur.

3. Ad DILAGE componendum, eorum auctorum commentarios legimus, qui propter praestantiam, auctoritatem, diuturnitatem —cum eorum opera secuti sint alii— in andrologica, gynecologica et embryologica disciplinis excelluerunt. Alii certe addi potuissent —non omnibus profecto scriptis

uti voluimus—, atque fortasse quosdam minus praestantes inclusimus. Etsi nostrum opus ad solum hominem spectat, scripta selecta ex Alberti Magni opere *De animalibus*, quae interdum de homine quoque agunt (praesertim in libris I, XV et XVI), etiam recipiuntur. Putamus utique cunctos auctores selectos ad propositum nostrum consequendum satis esse praecipuos.

4. Totis ex operibus, quae ad artes hic tractatas proprie attinent, vocabula excepimus; multa alia deprompta sunt ex solis aliorum operum libris, partibus aut capitibus de andrologia, gynecologia et embryologia manifeste disputantibus: nonnulla igitur ad eas artes pertinentia fortasse praetermisimus, quae in rerum ab instituto nostro alienarum expositionem incidere possunt. Quas tamen iacturas ad summam totius operis nullius momenti atque nostros commentarios adlatis testimoniis utique integros manere putamus.

5. Hoc opus lexicographicum voces recipit ab eis auctoribus praestantissimis usurpatis, qui andrologiam, gynecologiam et embryologiam inde ab Antiquitate usque ad renatarum litterarum aetatem aut tractarunt aut leviter tetigerunt. Praesentis igitur medicinae vocabularium non est, sed potius fundamentum et initium necessarium cuius vocabulario praesenti, quod vocabulorum ad artes hic tractatas pertinentium antecedentia exhibeat. Ad viam nihilominus indicandam qua —ut ita dicamus— vitam transierit quodque vocabulum, eius apud veterem Hispanicam linguam usum —cum oportet— ex vocibus notavimus in DETEMA (scilicet *Diccionario Español de Textos Médicos Antiguos*, moderante M.^aT. Herrera et alii, 2 vol., Matriti, Arco Libros, 1996) receptis.

6. Vocabula a nobis ipsis qui hoc volumen conscripsimus ex monumentis selectis excepta sunt. Ita necesse fuit ab ovo, ut dicunt, ordiri.

7. Quandocumque fieri potuit, recentibus librorum selectorum editionibus criticis usi sumus. Ubi eae editiones desiderabantur, quod saepe accidit, ex aliis novissimis vocabula collegimus. Si tamen necesse fuerit, editione vulgatissima inter antiquiores crebro selecta, libros aetate renatarum litterarum editos adhibuimus. Consuetudo nobis fuit ex codicibus, qui ab universis lectoribus aegre adiri possent, testimonia non adferre.

8. Fragmenta ex nostrae aetatis editionibus criticis excerpta quam diligentissime exscripsimus. Ea tamen tempore renascentium litterarum edita ad has aliasque his similes regulas diriguntur: interpunctiones correximus; eis vocabulis, quae notis excepta erant, omissas litteras addidimus; et testimonia et librorum inscriptiones sive titulos virgulis duplicibus in superiore parte positos interclusimus. Etiam Graecae litterae, quae diversissimis modis (praesertim apices et aspirationis notae) plerumque scriptae erant, ad normam directae sunt. Item, quamquam in libris aetate renatarum litterarum editis usum Ramianum reiicimus, cum in testimoniis tum in vocabulorum ordine u vocalem a v consonante discrevimus, quo lector expeditius hoc volumen sane evolvat.

9. Eae voces ac sententiae —saepe post notam compendiarum sc.— quas parenthesis notis interclusas supplevimus, formis et litteris in fragmento usitatis obtemperant; nam eae quas auctores classici usurpaverunt a temporis ratione essent alienae.

10. Praesentis vel praeteriti temporis participia loco nominis aut adiectivi accepta in verbi temporalis capite simplicitatis gratia explicari solent. Ea tantummodo lemmate proprio donantur, quae vel usitatissima nomina aut adiectiva sint, vel sensum proprium habeant.

11. Quamvis hoc opus singulare sit, simili ratione atque lexicon qui *Mittellateinisches Wörterbuch* inscribitur et inde etiam *Thesaurus Linguae Latinae* confectum est.

12. DILAGE earum artium quas supra commemoravimus glossarium est bilingue; nam cum omnia vocabula Latina Latine explicantur, tum etiam Hispanice redduntur.

13. Cum testimonia ex eis libris sint collecta qui plerique aegre adiri possint, cuiusque vocabuli significationem non tantum duobus aut tribus verbis ostendimus; immo etiam tantum quantum res peteret fragmentum amplificandum duximus, ut sententia plena fuerit et lector testimonium intellegat atque etiam adferre possit. Tamen interdum, cum verba amplissima proferenda erant, quasdam partes punctibus reticentiae semper notatas subtraximus, dummodo locus intellegeretur. Tam ampla testimonia huius operis sane sunt propria.

14. Hoc in volumine omnium fere auctorum testimonia adferre voluimus, ut singula vocabula non tantum paucis exemplis praecipuis illustrentur. Immo omnium scriptorum quos selegeramus loci ad omnes sensus declarandos exhibentur; inde lector quae verba apud quos auctores, regiones, saecula, medicinales doctrinas aut usurpentur aut vitentur inquirere, atque a primo testimonio Latino eorum usum indagare poterit.

15. Item eorum auctorum nomina parenthesis notis intercluduntur, qui descriptione eadem eisdemque exemplis verba eorumque sensus explicaverint; quod indicare solet eos praecedentis auctoris scripta secutos esse; haudnumquam vero vel antiquiora opera —saepe Graeca— hic non recepta adhibuerunt omnes, vel fortuito congruunt. Ubi de locis communibus agitur, veteres auctores Graeci (Corpus Hippocraticum, Galenus, Alexander Trallianus, Aëtius Amidenus, Paulus Aegineta aliique) propriam explanationem poscunt: cum ex versionibus Latinis aetate artium renatarum editis citentur, propter temporis spatium interiectum post opus mediaevale parenthesis notis intercluduntur; quod sane numquam indicat eos scriptum Latinum secutos esse, sed fortasse e contrario aliis operibus intercedentibus.

16. Ad DILAGE conficiendum instrumenta lexicographica plurima respeximus, cum rationalia quale est G. Haensch, L. Wolf, S. Ettinger et R. Werner opus Hispanice redditum, quod inscribitur *La lexicografía. De la lingüística teórica a la lexicografía práctica* (Matriti, Gredos, 1982), tum alia diversa, qualia sunt usitata vocabularia antiqua, mediaevalia et recentiora, atque libros reliquaque scripta nostrae disciplinae propria. Attamen indicare non solemus quae opera ad unumquodque vocabulum explicandum adhibuerimus, cum tam copiosa sint ut nimis molestum atque redundans esset. Opera nostro auctorum corpori aliena rarissime etiam memorantur, nisi ut scriptis collatis explanetur aliquid.

DEFINITIONUM DISPOSITIO

Ut eis hominibus varia et diversa postulantibus et respicientibus opem feramus, qui hoc opere fortasse usuri sint (scilicet linguarum studiosi, medici, historici aliique complures), in singulorum verborum definitionibus ad haec respeximus indicia:

1. Post singula vocabula etymologiae (post Graeca et Arabica verba praesertim), morphologiae atque variae scripturae indicia praebemus.
2. Deinde verborum vim Latine definimus, sed Hispanice quoque idem reddimus.
3. Cum oportet, verbum rei proprium aetate nostra usitatum sive terminus technicus post notam cursivam *n. t.* additur, qui antiquorum voci conveniat. Ubi de vocabulis ad disciplinam anatomicam pertinentibus agitur, librum a H. Feneis et W. Dauber conscriptum respicimus, cuius Hispanica versio inscribitur *Nomenclatura anatómica ilustrada* (Barcinone, Elsevier-Masson, 2006⁵). De eis vero ad morbi causam pertinentibus, quae verba vocant pathologica, operis *Clasificación Internacional de Enfermedades* (CIE-10, 2006) decimam editionem secuti sumus, unde testimonia semper recepimus. Sed utraeque voces non semper inter se congruunt, cum medicina antiqua praesenti (quid mirum?) aegre nec sine controversia respondeat.

4. Ut diversos cuiusque vocabuli sensus quam accuratissime definiamus, omnium verborum significationem perquirimus quae medicinae praesenti respondeat, quod incertum atque arduum esse non ignoramus. Etenim verbum *labia* exempli causa redditur “vulvae labia minora”, cum nostra quidem sententia eam corporis humani partem plerumque significet, sed aliquando vel “vulvae labia maiora” vel ambo labia fortasse designet, cum nostri auctores eas partes distinguere non soleant. Idem dici potest de aliis vocabulis plures sensus habentibus, velut *pars*, *particula*, *semen*, *seminalis* aut *seminarius*; nam vesicula seminalis, ductus deferens, vena sive arteria seminalis et quaedam aliae corporis partes apud medicinam antiquam saepe non distinguuntur. Etiam *via*, *canalis*, *ductus*, *meatus*, *porus* et *vas* cuncta virorum feminarumque membra semen producentia et deferentia significare possunt. Itidem in magnam aliquam difficultatem aliquando incurrimus, cum vocabulorum *collum*, *ostium*, *orificium*, *os*, *cervix* vis definitione erat declaranda, cum auctores Latini collum uteri, isthmum uteri et ipsam vaginam saepe non distinguant.
5. Tunc vocabulorum sensus singulares indicantur atque ei loci, in quibus ab antiquissimis ad recentissimos usque auctores adhibeantur.
6. Denique lector, quo facilius atque expeditius unumquodque vocabulum cum affinibus conferre possit, in calce explanationis ad verba idem significantia vel ad alia insigniora quae ad eosdem sensus clare spectent delegatur.
7. Postremo, dum vocabula in opere supra laudato DETEMA relata memoramus, ad cuiusque vocabuli apud Hispanicam linguam usum attendimus.

DILAGE non nisi investigatorum opera imprimis confici potuit, qui in medicorum vocabulis versati sunt, atque gregem *Speculum Medicinae* ab Henrico Montero Cartelle moderatum constituunt; quem gregem investigatorium Universitas Studiorum Vallisoletana agnovit, eundemque Concilium Castellae et Legionis “excellentem” esse iudicavit (cf. eius situm interretialem www.fyl.uva.es/~wspecmed/). Huic gregi subsidia adiunxerunt operis socii externi atque linguarum Graecae et Arabicae ac medicinae artis periti. Ea enim societas inter homines variarum disciplinarum doctrina excultos ad opus firmiter perficiendum necessaria erat: cum enim medicorum lingua Latina et Graecis et Arabicis verbis assidue locupletata sit, et hominibus qui antiquae recentiorique medicinae operam darent, et aliis qui Graecam ac Arabicam linguam callerent opus fuit. Praeterea huius gregis labor —fatendum est— non perfici potuisset nisi Hispaniae (MEC / MICINN / MINECO) atque Castellae et Legionis (*Consejería de Educación*) administrationes stipendia praebuisent his consiliis investigatoriis conficiendis:

1. “Diccionario latino de andrología y ginecología: Antigüedad, Edad Media y Renacimiento (I)” MEC. BFF2001-1666 (28/12/2001-27/12/2004).
2. “Diccionario latino de andrología y ginecología: Antigüedad, Edad Media y Renacimiento (II)” MICINN. HUM2005-02825/FILO (31/12/2005-30/12/2008).
3. “Diccionario latino de andrología y ginecología: Antigüedad, Edad Media y Renacimiento”. GR22. Ayudas para financiar programas de actividad investigadora y equipamiento de Grupos de Investigación de Excelencia de Castilla y León. (01/01/2008-31/12/2010).
4. “Diccionario latino de andrología y ginecología: Antigüedad, Edad Media y Renacimiento (III)” MINECO. FFI2008-00618 (01/01/2009-31/12/2013).

Diccionario Latino
de Andrología, Ginecología
y Embriología
desde la Antigüedad al siglo XVI

COLABORADORES

DIRECTOR

Enrique Montero Cartelle

REVISOR GENERAL

Miguel Ángel González Manjarrés

REDACTORES

A.G. = Alberto Alonso Guardo
B.N. = José Pablo Barragán Nieto
B.P. = José Ignacio Blanco Pérez
C.P. = Pedro Conde Parrado
F.G. = Virginia de Frutos González
F.T. = María del Carmen Fernández Tijero
G.G. = Alejandro García González
G.M. = Miguel Ángel González Manjarrés
H.I. = María Cruz Herrero Ingelmo
M.C. = Enrique Montero Cartelle
M.F. = Ana Isabel Martín Ferreira
P.B. = Joaquín Pascual Barea
P.I. = María Jesús Pérez Ibáñez
R.C. = Cristina de la Rosa Cubo
R.M. = Victoria Recio Muñoz
R.V. = Anastasio Rojo Vega (†)
S.E. = Sara Segovia Esteban
S.H. = María Teresa Santamaría Hernández
V.B. = Concepción Vázquez de Benito

ASESORES CIENTÍFICOS

Árabe: Concepción Vázquez de Benito
Griego: María Cruz Herrero Ingelmo
Medicina: Anastasio Rojo Vega (†)

Queremos mostrar nuestro especial agradecimiento al *Mittellateinisches Wörterbuch (MLW)* de Múnich, que acogió hace tiempo al director de este diccionario y posibilitó con ello su iniciación en las tareas lexicográficas; además, nos ha permitido consultar sus materiales aún inéditos en fichas, lo que nos ha servido para resolver muchas dudas concretas. Deseamos también hacer extensiva nuestra gratitud al “Institut de Recherche et d’Histoire des Textes” (CNRS) de París, que asimismo nos dio amable acogida y brindó la posibilidad de consultar sus ficheros. Por último, damos las gracias a la profesora Monica H. Green por haber revisado el corpus de autores despojados y habernos hecho numerosas y valiosas observaciones.